TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0555**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

M.S.S.
543-560

Collezione Toppo

Letteratura e Storia del Friuli

Miscellanea varia

543-560

N. 555

6 a

manoscritto

L. 20 —

Voluere cur alij tua MARCE uolumina nolint?
Ipse tuo gestis discere MARCE libro.

Mss.o TREO

(Vedi Minutario stemmi di A Zoppi mss.o # 206 f° 79to # 725)

Basilicæ Utinensis Columnæ Octo quarum Stemmata Capituli eiusdem Ecclesiæ illustriora indicant fundamenta

Bertoldus de Andechs
Ex Archiep. Coloniensi Pat. Aquil. 1218
Animo, et opere excellens,
Vtinum prisce iam dirutę Metropoli suffectum,
Transferre Sedem meditatus,
Templum ibi extruere incoepit A. 1225.
Et Sancto Vldarico dicavit
A. 1236.

Ex Ducibus Meranię fuit S. Eduigis Frater, et S. Elisabeth Vngharię Reginę Patruus. obijt 1251

Basilica Vtinensis dicitur à Metropolitæ Antistis Aquileien:
sis et à Prouinciæ Præsidij sedibus plurium sęculorũ ęuo
ibidem permanentibus; Fundata fuit a Pertoldo Patriarca
Aquileiensi An. D: 1225, et An. D: 1236, S. Vlderico ab eodem
dicata fuit; testib. Iacopo Valuasono in Dissertatione de
Ciuit. Vtinis, et Palladio Iuniore Parte 1a: Lib: 6 f. 226:
Vtinum Vrbs priscę iam dirutę Aquileię Metropoli sufec:
ta dicitur ex testim: Sabelici de Vetust: Aq: lib: 1o: - Io: Can
didi in Coment: Lib: 5 - Auberti Miręi in Geograf: Eccl. Pa:
7: - Erasmi de Valuasono Caccie. Cant: 1o: Stan: 102: 103, Lean:
=dri Alberti in Descriptione Italię Reg. 18: - Io: Bonifatij
in Hist. Taruisina Lib: 7, et aliorum, quibus addi potest
illud Petri de Ancharano, quod refert Marquard: Susan:
in Tractatu: de Iudeis Part: 3: cap: 1o: f. 99. ex cuius dictis
colligitur: - Si Papa moreretur in Ciuitate Aquileię
ellectionem faciendam esse in Ciuitate Vtini ubi est Au:
dientia Causarum Sedis Patriarchalis ipsius Ciuitatis
fere inhabitatę.

Gregorius de Montelongo — 1251

Natione Campanus Regni Neapolis,

Pro Eccl.a Rom.a, et pro Aquileien: Patriarchali Sponsa

Conspicuus

Officia sacra, et munera Ministrorum

Ex Templo S. Marie de Castello

Pastorali auctoritate in Utinen: Basilicam transtulit

Anno Dom: 1263.

Canonicos Metropolitanos ad n. 24 redegit, et Obijt An: 1269.

Templum S. Vlderici à Pertoldo Patriarcha extructum, et à Gregorio de Monte Longo intrinsecus exornatum, dicitur etiam Templum S: Mariæ Antiquæ Vrbis Utinensis, quia Deipara Virgo in Altissimo incarnati Verbi misterio adorata; S. Marcus Evangelista F: in Foroiensi Provincia Doctrinæ Christianæ Predicator, et SS: Hermagoras, et Fortunatus Martyres Aquileienses à seculis antiquis Patroni Utinens. civitatis fuere: Proximis elapsis temporibus etiam protectio S: Eugenij Martiris ab Utinensib. solemniter invocata fuit, et sacra eiusdem Ossa in eod. Templo precipuo devotionis obsequio coluntur: Sic plurib. Legionibus Angelorum Vrbem Utinum stipatam, et à preclara Imagine S: Mariæ Gratiarum, à B:B: Beltrando Patr. et Odorico Foroiensi, atq. à B:B: Alberto, Elena, et Gulielmo concivib. custoditam credere pia mente debemus.

Sacram Hanc Diui EVGENII Martyris Effigiem
Ill.^mo ac Sapientissimo VTINENSIVM SEPTEMVIRATVI
Noua Delineatione Sculptam, pro Maiori PATROCINANTIS Cultu
Offert Dat, & Consecrat. Hurill Cliens [illegible]

Raimundus Turrianus Mediolanen: Episc Comanus à Gregorio X creat: Pat: Aq: An: D: 1272
pro Eccl sua generosa plurima egit. Utinum ampliori moenium circuitu auxit et privilegiis
decoravit et in Castello erecto in Civitatis obyt 21 Feb mox Aquileiæ sepultus 1298.

Petrus Gera de Comitibus Romanis Pat. Aq. à Bonifacio VIII Pallium h. 6 ut An. D. 1299
modico tempore suam digne administravit Ecclesiam, et obyt Utini An. D. 1301
Otto Bonus Placentinus ex Ep. Patavino Pat Aq à Bonifacio VIII electus An. Dom. 1301
Utinum Die X Aug: solemniter introivit An. 1302 interfuit Viennen Concil: Clem: V 1311 et obt
13 Iun: 1315

Castonus Turrianus ex Archiep Mediolanen Pat Aq: Ioan. XXII. 4 id Iun: An D. 1317
Ob: eodem An: 1317

Paganus Turrianus Mediolanen. ex Patavin: Ep: X K. Ap. Ioan. XXII. Pat. A. An D 1319
Ob: An: D: 1332

In [illegible] in ress. Bolandistarum sub Die 6 Iun. error est [illegible] illa[illegible] simulacri haben[illegible]
que B. Beltrand. [illegible] stre[illegible] videbantur in Basilica [illegible] antequam de [illegible]
Altari ad [illegible] Sacellum [illegible] Basilice transfi[illegible] : V. Foroiulien: Provincie Urbes
[illegible] prefati Scriptores asserunt, et quantum Patrie Arcas, que tempore [illegible] Icone
[illegible] [illegible] figuras invere. Si dixissent illas que in medio [illegible]
Provincie [illegible] et Aquae [illegible] Cur[illegible], et [illegible] ali[illegible] maniter
[illegible] sed meo videri [illegible] ut [illegible] Alexandrum [illegible]
S. Herm[illegible] et SS. [illegible] Dorotheum [illegible]
ab eodem S. Herm[illegible] à B. Beltrand [illegible]
[illegible] erat pro Corpore S. Herm[illegible] extern[illegible] ide[illegible]
D[illegible] Icos [illegible] excavat[illegible]
[illegible] in Iul. Luc. 6. — Caryatides quo[illegible]
[illegible] Puell[illegible] Columna[illegible]
[illegible] C[illegible]. Hec in [illegible] et [illegible] ex
Huius Arce simulacris [illegible] opinor et sentio

Beltrandus de S. Genesio Narbonensis Gallus,

Diuinâ, et humanâ sapientiâ eximius,

È XII Sac. Rom. Rotę Viro Patriarcha Aquileiensis, 1333

Ob ardua multa fundata, et aucta,

De Vtinensibus optimè meritus,

Ecclesię suę iura constanter tuendó,

Martyrium spontè subiuit

Die .6. Junij An: Dom: 1350.

B: Patriarcha Beltrandus an Vtinensem Civitatem iusta intentione Metropolim, et sedem Aquileiensem statuere cogitasset signa illius Sanctitatis, et Diuinę Prouidentię Decreta visibiliq, et manifeste testantur. Patriarcha Aquileiensisq Vtini sua veluti Ecclesiastica iam in sede moratur. Prouincię Pręses ibidem Iustitię Tronum, et primarię auctoritatis Regimen habet: Ecce duo Radij hic, scilicet Ecclesiastici, et secularis, in quibus perfectę Metropolis stat omne decus. Die, 6. Iunij An: D: 1350 Beltrandus euolauit ad Cęlum; Die, 6. Iunij 1420 Vrbi Vtinensi cum tota Prouincia F: T: Dominio Venetq. dicatę dies pręsentis felicitatis eluxit, quam Deus cum Mundo duraturam concedat.

Quidquid Sancti student, Diuinę Voluntatis est; et Beltrandum Sanctum fuisse comprobant eius acta, presertim prodigium illud, quod visum est quando in Templo Maiori Ciuitatis Vtini An: iam elapso post eius Mortem, corpus e sepulcro delatu, super Altare nullo fultum adminiculo stetit. Tunc Populo suo Beltrdus sicut olim Chrysostomus Constantinopolitanis benedictiond forra conferre dignatus est. Hęc omnia speculari possunt in Historia Foroiliensi, in Codęt man. ss: et in Vita Beltrandi á Carolo Suardo Fideliq descripta et Vtini impressa Ann: Do: 1672. vid: fol: preced: terg:

Nicolaus de Lucemburgo Pat: Aquileien:, 1350

Iustitiæ armaturâ indutus,

B. Beltrandi Martyris contriuit Inimicos,

Ac Utinensis Ecclesiæ incrementa

Brachio suo uictore confirmauit,

Æternam uocatus ad requiem,

Et sacro ibi tumulatus in Solo

Anno D. 1358.

Verum ad Nicolaum Patriarcham Aquileiensem Fratrem suum Carolus IV Imperator accessit An: Dom: 1354, et ibidem una plusquam Hebdomada comoratus omnibus conspicuis honoribus ab eiusdem Civitatis Patritijs prosequutus est, eiq. Augustissimo Carolo petenti datę sunt ultimę Paginę, quę componebant integrum Codicem manu S. Marci exaratum, et quę ab eodem Imperatore delatę fuerunt Pragam, ubi eximia coluntur devotione usq. in Hodiernum diem. Ut patet in mandato Imperiali eiusdem Caroli IV. dato die ult.ª Mensis Octobrij An. 9. Regni sui, quod ex autentico transumpto legimus

Cod. Euan

Maius autem corpus eiusdem Codicis nunc aureo in Templo S: Marci Venetiarum digno asservatq. decore, et ultimis predictis paginis revera caret, ut P. Bernardus de Monte Faucon in suo Itinerario Ital: refert Cap: 4

Ludouicus Turianus ab Guscorata Coronensi ad Pat Aquil: fr. D 1358
Innocentio VI Pont: latus, intestinis expurgant seditionibus F I Prou[illegible]
et Obiyt An. 1364

Marquardus Randechius Bauarus ex August: Episc.[1] Patriarch Aquil: 1365
Carolo IV Imp. admodum charus et Vir egregijs Virtutibus preditus obijt die 3 Jan. 1381
Philippus Alenconius Card. tit.° S. Mariae Transtiberis ab Vrbano VI Patr. Aquil: Elleodes
Ab Vtinensibus (ne sedes comendata videretur) minime acceptus Romae stetit, et obijt 1397

Ioannes F. Duis Morauus a Card. Aq. extra Alencon. [illegible] 395
Antonius Caietanus Romanus ad Pat Aq. proiectus 1395. hinc Card. tit. Caeli[illegible] Romae sedit 1402
[illegible]

Antonius Panciarinus de Portu-Gruario,

Primum Concordiæ Episc:, mox Pat: Aquileien: 1402

Hinc Card: S. R. Eccl: creatus à Joanne XXIII Pont: Maximo,

Clarus doctrinâ, et Religione

Sacellum S. Susannæ tit:^vis suæ in Vatican. Basilicâ erexit

Anno Dom: 1434.

Antonio Panciorino Patriarcha, Utinenses Turrim maioris Templi sui ędificare cęperunt An: D: 1403, quę magnifica inde architectura constructa Urbis Decus, et S. Aquileiensis Ecclesię Maiestatem indicare videtur.

Utinen.es eximio Zelo Metropolitanam in suo splendore sustinentes etiam subsidia eidem non raro plusq. cęteri obtulerunt.

Multa contraria sustulit Panciarinus Gregorio XII Schismatico adversante, sed sua Virtute, ac Favore Utinensium omnia vicit, et demum Cardinalis tit.o S. Susanę creatus est quo titulo Sacellum suū in Templo maiori Civitatis Utini proprio grati Animi motu exornavit, ibiq. Sepulcrum Familię suę statuit.

Antonius de ponte usque 1418 — Ludovicus Tochius usque 1435 —
Joanes Vitelescus usque 1439 — Ludovicus Mediarota 1440

Pontifice Maximo annuente convenit cum Venetis 1445.

Marcus Barbus Patritius Venetus Pauli II Pontificis Nepos Vir doctrina, et moribus eximiè clarus ad Patriarchatum Aquileien: assumptus, et S: R: E: Card: creatus. Anno D: 1465 continuò egit Romæ, ibiq: pijssimè obijt. Anno D: 1490

Hermolaus Barbarus P. V. litteratura, et morum candore præditus ad Patriarchalem Aquileien: Ecc.ᵃᵉ dignitatem 1491 promotus intra triennio tantum vixit, et obijt 1494

Nicolaus Donatus ex [illegible] on: Episc.ᵒ Pat: Aq: ab Alexandro VI electus; obijt 1497
Dominicus Grimanus successit Anno D: 1497 et obijt 1523
S.R.E. tit: S. Marci et magna doctrina claruit

Altare maius

Patria. Electi Crux Patrialis — Archid: Con: Dec: in Pulp:

Diacon: — Subdiac:

Episcopi Comprou: Patriarcha Episcopi Comprouinciales

Capit: Aquil: Vic: C. Aq: — Capit: Aquileiensis

Urbis V: Viri Prou: Preses Urbis V: Viri

Parochi: Curati: Mansionarij, Cappellani, & Clerus

Capit: Colleg: Viri:

Magister Cerimoniarum

Procur: Cap: Prouinc. — Secret: & Notarij

[…] Promotores Procuratores [..]c: absent:



Marinus Grimanus Patritius Venetus
Ad Patriarchatum Aquil. promotus
Vtinum solemniter introiuit
Et Canonicis illius Basilicę ministrantibus sedit,
Creatus hinc S. R. E. Cardinalis à Clemente VII. P.M.
A. D. 1527.

Ad Patriarchalem Aquileiensem Dignitatem promotus Marinus Grimanus, Utinum super equum ornatum Draco Pontificali pompa solemniter introiuit Kal.^s Nõbris 1524.

Precessorum addictus intentioni die illa Utinensib. diplom.^a dedit, quo eos Metropoli=tanos tanquam Aquileienses, preteritorum eorundem Utinensium meritorum inspectione, ac motu proprio, et auctoritate sua specialiter statuit.

Hic est ille Patriarcha, qui visitando Eccle=siam Colleggiatam Ciuitatensem die 18 Xbris eiusdem anni 1524. Camisdem ibi dedit, et hanc sponte annuentes plures quoq. successores transtulerunt in usum. Salom: Part: 3 f. 106: Annal: Ciuit.^s Utini 1524.

Marcus Grimanus allectus Pat: Aquileiensis Clemente VII die 16 Aprilis 1529
Hinc Paulo iii contra Solimanum Imperatorem Apostolicæ Sedis Legatus,
eo in munere prudentem Virum se tulit, et fortem. Anno D. 1537

✝ Ioannes Grimanus [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible]
et [illegible] Aqui: [illegible] [illegible] ... Anno D: 154..
elegit Successorem in Dignitate [illegible] Danielem Barbarum. Anno D. 1557

Daniel Barbarus P.V. allectus Pat: Aquileien: —
Concilio Tridentino interfuit, et obijt Precessore adhuc vivente. Anno D. 1570
Aloisius Iustinianus P.V. allectus Pat: Aquileien: Gregorio XIII
Romam petijt, et obijt Precessore adhuc vivente. Anno D. 1585



✝ Anno D. 1581 contentione orta de vacante Feudo Taiatti Villulæ propè Oppidum S. Viti Patriarchalis [illegible] Ditioni [illegible] Serenissimam Venetam Patriarcham Aquileiensem et Rempublicam Venetam eodem ius feudale in suo Provinciæ Comeneo habentem, Gregorius XIII. Pont. max. Aquileiensem Eccl. ac Reges Galliæ ac Hispaniæ Rempublicam defendent. cont. post quinquennium etiam ivit cum Gregorio Sixtus V. successit, qui à Republica in dominium pro Patriarchali hoc feudum præfit neque [illegible] et ignem accensum extrinxit - - - - - Anno Dom: 1580



Franciscus Barbarus Patritius Venetus Pat. Aqu. 1594

Probitate, scientiâ, et zelo magnus,

In Basilica Vtinensi, ubi Pallium sumpsit,

Convocatis XVI. Episcopis Suffraganeis,

Capitulis, et Procuratoribus

Concilium Provinciale celebravit

A. D. 1596.

amplissimam quoque suam visitavit in Germania Diœcesim, et optime meritus obiit An: 16[illegible]

Interfuerunt Concilio Provinciali Ill.mi Fran.co Barbaro Pat: Aquileien: convocato die, 20, octobris 1596. Episcopi Comprovinciales, Cenetensis, Parentinus, Vicentinus, Feltrensis, Polensis, Cenetensis, Veronensis Coadiutor, Paduanus, Comensis, Tarvisinus, et Iustinopolitani, Æmoniensis, Concordiensis, ac Bellunensis Procuratores; Tergestino, et Tridentino + Nuncios speciales Ill.mo, et Rev.mo Patriarche de absentia proponentibus excusationes:

Provinciæ Preses Sanctus Venerius: Civitatis Septemviri: Nicolaus Decianus D.r, Flaminius de Rubeis D.r, Sebastianus Florius, Camillus Caimus, Gabriel de Zucco, Andreas Mantica, Joseph Lelis. Concil. Fol: 63, 64, et 66 tergo: Annal: Civit. Utin. 1596.



Hermolaus Barbarus Francisco Fratri successit sapienter Eccl.^m administravit, et Obijt Utini 1622

Antonius Grimanus electus Patriarcha Aquileiensis, et confirmatus a Paulo V Anno 1622

Synodum Diœcesanam Utini celebravit 1627 et Obijt 1628

 

Augustinus Gradonicus Antonio Grimano successit 1628: Marcus Augustino 1630 [illegible]

Ioannes Delphinus Hieronymo Gradonico successit, et Car.^s [illegible]

ab Alexandro VII [illegible] et laudatissimus Vir Obijt An.^o 1697

Daniel Delph: Ep. Philadelph: Aq: Pat. Electus Ioanni Fratri suo assistando promeruit et premoriendo

properavit ad Gloriam.

i iam seni



Dionysius Delphinus Patritius Venetus Pat. Aquil. [illegible]
Exemplo, mente, ac uigilantiâ
Pastor Optimus, Regss sui
Maximis ubique meritis clarissimus,
Omnia perfecte disponendo,
Basilicę Utinensis Capitulum
Antiquis iuribus instauravit
A. D. 1726. et Obijt 1734

Mirabilia Dionisij Delphini Patriarchæ Aquileiensis hic numerare nequimus; Sat apertiores agent, cum in ampliori volumine complecti omnia poterunt.

Utini Palatium Patriarchale magnificent. auxit; ibidem Bibliothecam publico perenniq. comodo extruxit, et Capitl.m Utinen. deturbatum redemit, velut indicans Patriarchalem Dignitatem Utinensib. perpetuo datam; Quod tantum sufficit.

L. T. V. P. Omnia in presenti Opusculo contenta ex Aquileiensis Utinensisq. Regestis, Notariorum publicis monumentis, Insignia Virorum Historijs deprompta, et in sua temporum tutiori combinatione redacta. Lector accipe ac vale.

Cauata dal Libro, che ha Antonio Bonacina
nella Contrada di S.ta Margarita all'insegna
di S. Antonio di Padoua Nella Contrada
di S. Margarita in Milano

[illegible]

Mss.o TREO

(Vedi Monumentario stemmi di A. Zoppi
rosso # 206 f° 79 t° # 725)

Basilicæ Utinensis
Columnæ Octo, quarum Stemmata
Capituli eiusdem Ecclesiæ
illustriora indicant fundamenta